



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Familia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

eur. Quarto, sic ab omnibus, vel maiori parte. Ideo dicta paucorum non infamant: secundum Panor. in d. c. tua. de spon. quamvis causent rumorem: qui in hoc differt à fama.

² AD probandam famam duo testes sufficiunt. ff. de testi. l. 3. quamvis admittatur probatio in contrarium, quæ si fuerit clarior, offuscatur effectus primæ. Infamia autem est læsæ dignitalis qualitas, vita, moribusque reprobata, per argumentum à contrario.

³ QUA fama non est necessaria propter nos, sed propter alios, ideo eam appetere propter se, pertinet ad inanem gloriam, sed propter alios, ad charitatem pertinet. Ex S. Thom. secunda secundæ. q. 73. arg. 2. ne scandalizentur, & peccandi occasionem sumant.

⁴ QUANDO quis est inter tales, qui parati sunt prosequi diffamationem, & ex non defensione famæ, debet sequi magnum detrimentum, si non defendit famam suam cum possit bono modo, videtur mortaliter peccare, & sic videtur loqui e. non sunt audiendi. 21. q. 2. & capit. iubemus. de conditio. distinctio 1. Si autem sumus inter tales, qui non sunt parati sequi diffamationem, sed tantum reprehendere, sufficiat nobis conscientia nostra. Et sic intellige capitulum quod obest homini. 11. q. 3. Debet quilibet curare de bona fama, ne alii de eo scandalizentur, aliter peccat, maxime quando sunt tales personæ, quibus ex officio spectat providere saluti animarum: ut sunt prelati. infra, vindicatio per totum. Vide aliquid in ver. scandalum. §. 5. & 6. Quomodo debeat restitui fama, infra, restitutio. §. 41. Quod autem aliquod est certum, vel visum à populo, non est de eo fama, sed manifestum, & notorium dicitur, ut si quis publice teneat mensam ad usuram.

FAMILIA.

¹ PATER FAMILIAS tenetur ad ministrare necessaria ad vitam, & ad disciplinam, tam verbo, quam exemplo morum, & nota §. necesse 47. dist. aliter mortaliter peccat, nisi aliqua circumstantia excuset, ut necessitas, &

huiusmodi, & sic intellige capitulum. duo ista. 23. q. 4. & eo modo tenetur ad disciplinam morum, sicut ad educationem corporalem, & non servans, est infidelis: ut dicitur 1. Ti. 5. Qui curam suorum, & maxime domesticorum non habet, fidem negavit, & c. non solum de filiis intelligitur, sed etiam de alijs, ut de uxore, & seruis.

² PATER FAMILIAS non tenetur de expensis magnis famuli infirmus, quem salario conduxit: secundum Bartol. si cum dote. §. sui autem. ff. solut. matri. Si autem esset in extrema necessitate, tenetur ei, non ut famulo, sed ut pauperi ex præcepto charitatis. Quod autem ad salarium non tenetur secundum Ioann. Andr. Panor. & communiter Doctores. in c. 1. de cle. ægro. quia casus coniungens in persona quæ locavit operas suas, liberat conductorem à præstatione mercedis. l. si vno. §. item cum quidam. ff. locat. Quod tamen limitat Panor. ubi supra, quando salarium debetur tantum ratione personæ, & non ratione aliorum: ut si iudex cui debetur salarium, non tantum pro se, sed etiam ratione familiæ, quam tenet: etiam quod infirmetur, debet habere salarium. l. pecunia. in prin. ff. de condit. ob. caus. Si autem esset consuetudo ut etiam infirmo anti famulo daretur salarium, secunda est: secundum Sal. in l. licet. C. locat.

³ Si promisit famulus servite vno anno, & pro parte fuit infirmus, non tenebitur tractato anno supplere tempus: secundum glo. in cap. si propter. de rescript. lib. 6. ff. de statu lib. l. cum hæres. §. Stichus.

⁴ TRIVS promisit stare per annum cum sorte, & stetit tantum per sex menses, non poterit habere medietatem salarii, si in hyeme stetit: secundum Bartol. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matri. sed habebit ad arbitrium boni viri facta bona computatione. ergo si stetit in æstate tantum, habebit plus medietatis salarii ad arbitrium, & c. argumentum à contrario.

PATER FAMILIAS nō valens, verbo, nec verbere corrigere famulos, si expulso, vel necessariorum negatio eis ad correctionem proficeret, debet illis vii argument. eorum quæ not. in capit. non omnis. §. quæstio. 5. Secus si propter huiusmodi licētius peccaret, nō tenetur expellere, sed faciat quod potest, quia excusatur. capit. quantum licet. 47. distinctio. & capit. sequenti. Ad plus enim non tenetur quā sciat, & possit.

FAMILVS requisitus per obedientiam superiorum, ut reuelet delictum domini sui, non tenetur, si criminaliter proceditur. capitul. lege iulia. cl. 2. 4. q. 4. Secus si civiliter procedatur, dummodò ex hoc nullū malū sibi imminet: quia nullus tenetur, cum suo malo bonum temporale proximi procurare. Aliter in denunciatione hæreticorum, ubi de bono spirituali agitur. **PATER FAMILIAS** crudelis, facit iurare familiam de veritate dicenda, nō est ei parendum: secundum Dur. & illicitum fuit iuramentum. Si verò est mansuetus, & probabiliter creditur, quòd non nisi rationabiliter procedet, tunc si potest probare, tenetur dicere veritatem, si verò non potest probare, non debet reuelare, nisi ei qui potest prodesse, & non obesse, & si alio modo iuravit, iuramentū non tenet. argu. c. quisquis. 23. q. 4. suprà. Correctio §. 7. & 8.

PATER FAMILIAS qui aliquo patrefamilias coquere panes, vel lavare pannos, &c. pro tota familia determinata: vtpote pro 40. personis. aucta familia, vel diminuta, tenetur augere pretiū, vel diminueret. Si verò numerus indeterminatus: ut sunt conventus fratrum, qui aliquando sunt plures, aliquando pauciores, non augetur, neque minuetur salarium, licet plures, vel pauciores sint. Facit c. quanto. de censu. & Panor. ibi. Si tamen nimis graualetur, per iudicis officium sibi prouidebitur, sed in conscientia non tenebitur prouidere tantæ multitudini, & econuerso, neque conuentus tantum soluere, 4. notabi-

liter minuatur: quia contrariorum eadem est disciplina.

SERVUS famulus non conuenit cum domino de salario, & erat consuetus locare operas suas, & dominus conducere famulos salario, dominus soluet vsque ad summam salarii, quò alium fuisset conductorus. arg. l. si non fortem. §. libertus. ff. de condi. sed si conductus fuit pro mercede ad domini arbitrium, sic iudicio boni viri taxabitur. vt not. Arch. in c. sunt nonnulli. 1. q. 1.

DOMINUS nolente famulo debitam mercedem soluere, si famulus occulte furripiat tantum, quātum debet habere: secundum Ric. in 4. sen. di. 15. licet peccet in modo accipiendi: tamen non tenetur ad restitutionem. Ego autem dico, quòd quando alio modo commodè non potest habere, si secretè sine scādalo, & periculo potest accipere, non peccat: quia nō alienum, sed suum accipit: debet tamen si potest agere, prout iustitia exigit, si nō potest, est excusatus. Ab huiusmodi odi tamen acceptionibus abstinendum est, propter scandala, quæ solent orti ex his, & homo non seruat sic semper iustitiæ æqualitatem.

FAMILIARITAS.

FAMILIARITAS cum mulieribus clericis est prohibita. de coha. cle. & mul. per totum. & c. interdixit 32. di. tum propter periculum, tū propter scandalum.

CUM dæmonibus familiaritatem habere non licet: secundum Tho. secunda secunda. q. 90. art. 2. & 3. quia semper decipere conantur: vt dicit idē 1. q. 89. a. 4.

PROPTER magnam familiaritatem iudex potest recusari: secundum Pan. in c. insinuante. de of. deleg. Feli. & Hosti. familiares dicuntur consanguinei, colonus ascriptitius, mercenarius, filius in potestate, & breuiter habitantes in domo. d. c. insinuante.

FAVTO R.

FAVTORES hæreticorum: secundum Petr. de Pa. in quarto sentent. aliquando fauent eis facto, mitendo alimo-